Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

quia illi potius traditores fuerunt qui caecilianum & socios eius
quasi traditionis crimine damnauer(unt). & dicitis. recedite a plebib(us)
n(ost)ris. quas docetis ut uobis credant. & xpo non credant. Uos enim
eis dicitis p(ro)pter traditores quos non ostenditis. remansisse
ecclesiam xpi in sola africa parte donati. q(uo)d non de lege non de p(ro)ph(et)a
non de psalmo non de ap(osto)lo. non de euangelio. sed de cor(de) u(est)ro.
& de parentum uestrorum calumniis recitatis. Xps aute(m) dicit.
predicari in nomine suo paenitentia(m). & remissionem peccatoru(m)
p(er) omnes gentes. incipientibus ab hierusalem. Cui ecclesiae ex ore
xpi manifestate uos non communicatis. & alios in uestram perditione(m)
trahentes. liberari non uultis. Si aute(m) id(e)o uobis displicemus quia
p(er) imperatorum iussiones ad unitatem cogemini. hoc uos fecistis.
Qui ubicumq(ue) uellemus predicare ueritatem. Ut eam quisq(ue) securus
audiret. ut uolens eligeret. numqua(m) p(er)misistis per uiolentias
& terrores uestros. Nolite stridere & perturbare animas uestras.
patienter si fieri potest considerate q(uo)d dicimus. & recolite facta
cercicellionum u(est)rorum. & clericorum. qui duces eorum semper
fuerunt. & uidebitis quae causa uobis hoc excitauerit. unde iniuste
queriminі quia uobis omnia ista ut iuberentur coegistis. Nam ut longe
preterita & multa non repetamus. saltim recentia facta u(est)ra cogi
tate. marcus presbiter. casphalianensis. a nemine coactus.
p(ro)pria uoluntate catholicus factus est. Quare illum u(est)ri persecu
ti sunt. & paene occidissent. nisi d(e)i manus p(er) homines supuenientes
uiolentias eorum compressisset. Restitutus uictorianensis.
ad catholicam. nullo cogente se transtulit. Quare raptus est
de domo sua. caesus. in aqua uolutatus. bruda uestitus & nescio
quot dies in captiuitate retentus est. Nec libertati propriae
fortasse restitutus esset. nisi iam pene p(ro)pter ipsam causam
p(ro)eulianus sibi exibitionem uideret imminere; marcianus
urgensis. catholicam unitatem p(ro)pria uoluntate delegit.